

Dedit filio uitam. id est gignendo. Nunc clarificatus est filius hominis. uel quia
exeunte in mundo. Omnes mundi remanserunt. Et continuo clarificabit eum.
quia iam incipiebat passio preparari. Resurrectione scilicet. Queritis me.
iudeis non dixi modo. Si quominus dixissem. Si alicubi nisi in domo patris mei
fuissent multae mansiones paratae. dixissem uobis. Parauit nobis dum pro nobis
mortuus est. Si abiero per carnis absentiam. Philippe qui me uidet. tamquam me
lior esset pater: cupiebat uidere. Maiora faciet et iam in salute gentium.
quo facerent dixit. quia ad patrem uado. et quod petieritis hoc faciam. Et alium
paraclitum. ut plus habeant. Rogabo patrem per humanitatem. dabo per diuini
tatem. Ego uiuo mox per resurrectionem in mortalis. et uos in fine uiuetis
in mortales. Qui habet mandata mea. id est in memoria et seruat in opere.
diligam eum. ut perueniat ad uisionem ueritatis. ut manifestet se eis per caritatem
eandem est. Et sermo quem ipse pacem non dixit in prima meam. sed in secunda.
Et isti mundana. illa perpetua. Propter uerbum quod locutus sum uobis
credulitatis. quia sine uerbo nihil est baptismus. Manere nos in xpo. et
xpm in nobis. Nobis prodest. non illi. Precepta patris seruaui. ut morerer
pro hominibus. Gaudium uestrum impleatur: habere consortium cum ipso.
Aliud est esse seruum timoris. aliud amoris. Omnia nota feci uobis. quod se
sciebat esse facturum. Eatis offerendo. fructum afferatis operando. Si non
uenissem. peccatum non haberent. peccatum incredulitatis quo despexerunt
credere in eum. uel homicidii. quo eum occiderunt. A patre procedit. et
ego mittam unum est. quia procedit a patre et filio. uenit sua sponte.
Perhibebit de me. ut faciat eos in me credere. Haec ab inicio non dixit.
de spiritus missione. de expulsione sinagoge. de occisione. et reliqua. Ille
arguet mundum. Arguet xpus de his. sed xpus solam uideam. apostoli omnem
ueritatem diffundent in cordibus uestris: id est caritatem. Natus est homo
in mundum. uel xpus resurrexit uel aecclesia pariter. filios in uitam aeternam.
Me non rogabitis. id est interrogabitis. Non petistis quicquam. uel quia in nomine

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm14066/0386